

III. & XX. *ti* alibus suam vim & efficaciam non habent à persona vel administrantis vel accipientis, ejusdemve conditione, dignitate aut qualitate alia, sed in solidum ab ordinatione & mandato Christi, auctoris & conditoris Sacramentorum.

76. Etsi interim minimè negamus, quòd accipientis incredulitas & improbitas Sacramentorum efficaciam remorari & irritam facere possit, non quidem respectu intentionis DEI, sed propriae suae personae & infidelitatis respectu.

77. Emergit inde illud discrimen inter integritatem & inter vim Sacramentorum. Utraque quidem non ex nostra dignitate pendet, sed à solius DEI instituentis ordinatione & mandato; addeò ut integritatem & perfectionem eorum quoad Essentialia, neque administrantis neque accipientis personae conditio aut indignitas mutare queat: vim autem & efficaciam eorundem, non quidem hominis dignitas promereatur: sed impietas ac indignitas impedire possit.

78. Malus igitur minister (ratione morum ac vitae) non modo integrum, sed efficax Sacramentum præbere potest: Homo verò malus, integrum quidem Sacramentum, sed non itidem efficax accipit.

79. Unde Aphorismi isti Theologici, in hac questione decidenda vel maximè utiles, sunt nati.

1. Sacramenta non profunt ex opere
ope.